



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo in cubiculo eæ videamus, quæ non sint. Cap. XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

legere minimos characteres è remoto. Res humanae  
vñsi necessaria, & optimes ratione constans. Idq; velle-  
ui artificio fieri, sed res non adeo vulgaribus promul-  
ganda, sed perspectiuis clara. Visus constituatur centro  
valentissimus speculi, vbi fieri, & valentissime vniuersa-  
les solares radij disperguntur, & coeunt minime, sed  
centro prædicti speculi in illius medio, vbi diametri  
transuersales omnium ibi concursus. Constituitur hoc  
modo speculum concavum columnare æquidistanti-  
bus lateribus, sed lateri uno obliquo sectionibus illis  
accommodetur, trianguli vero obtusi anguli, vel ortho-  
gonij secentur, hinc inde duobus transuersalibus lineis  
ex centro eductis. Et confectum erit specillum, ad  
quod diximus utile.

*Quomodo in cubiculo ea videamus, quæ non sint  
C A P. XII.*

**H**oc equidem artificium minime spernendum du-  
ximus: nam poterimus in cubiculo aliquo, si quis  
inspiciat, ea videre, quæ in eo nunquam fuerint, neque  
erit tam excellentis vir ingenij, aut solertiæ, qui se fal-  
sum sentiat. Ut igitur rem describamus. Sit cubiculum,  
an quo aliud lumen nō ingrediatur, nisi ex ostio, velle-  
nestra, ex qua inspectio inspicit, sit fenestra tota, velle-  
ius pars vitrea vii expellendo frigori vti solemus, sed  
pars una expolita sit, vt speculum ex vtraque parte sit,  
vnde inspectio introspiciat, nam reliqua nil operantur.  
E regione huius fenestrae sint picturae, statuae, marmo-  
reæ, & eiusmodi similia, nam quæ fortis fuerint, intu-  
videntur. Vnde quæ tergo videntis fuerint, in domicili  
medio se videre putabit, tantum à vitro intus receder-  
do, quantum post tergum retro recedunt, tam clare, &  
vere, vt nō nisi verissima videre putet. Sed ne artificium  
cognoscatur, pars vbi ornamentum eo modo confecta  
sit, vt inspectio non videat, veluti supra ipsius caput, vt  
supra caput pavimentum intercedat. Quod si ita hac  
industrius operatus fuerit, impossibile est, vt se dece-  
ptum sentiat.